



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Flores Meditationvm

Bebius, Philippus

Coloniae Agripp., 1623

Medit. 23. De decem leprosis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59636](#)



MEDITATIO XXIII.
DE DECEM LEPROSIS.

PVNCTA MEDITATIONIS.

- I. Leprosi Christo occurrentes, a longè claman-
tibus: Iesu præceptor miserere nostri. *Luc. 17.*
- II. Mandat ut Sacerdotibus se ostendatur,
at in itinere sanantur.
- III. Vnus (isque alienigena) se mundatū
videns, redijt & magna voce Christo
gratias egit.

F I G V R A.

NAaman Syrus, sanatus à lepra, ab He- 4. Reg. 5.
litæo redijs ad eum, profitens se ve-
rum Deum adoraturum.

PROPHETIAE.

Lepræsus adducendus est ad Sacerdotē. cū *Leu. 13.3*:
viderit eū, ad arbitriū eius separabitur.
Bonus est Dominus anima querenti eum. *Thren. 3.*
Noui diluculo, magna est fides tua. *Ibid.*

DOCVMNTA.

1. **P**ER 10. Leprosos indicantur vel onines
peccatores, qui contra decalogum pec-
cant; vel certe qui imperfectiones ha-
bent prope incurabiles; & alios suis meribus
(sicut leprosi anhelitu) inficiunt.
2. Sicut in leprosis (ex sanguine corrupto) mul-
ta vlcera minuta ac foeda assidue erumpunt,
semper-

semperq; vt siti cruciantur, ita in imperfectis
noui semper defectus oriuntur, neq; vniquam
fitis prauorum desideriorum tolli potest.

3. Modus facilis tales, hic est. 1. à longe stér,
id est profunde sese humiliant. . magna voce
(atq; affectu) auxilium Dei depositant, ab eo
solo sanari se posse agnoscant.

4. Dominus mittit eos ad Sacerdotes Mosai-
cæ legis, quorum erat ex officio, discernere in-
ter lepram, & non lepram; tum ut intelliga-
mus multo potiori iure id nobis faciendum
esse cum noui testamenti Sacerdotibus, quibus
potestatem dedit Iepram spiritalein (pecca-
tum) non tantum agnoscendi, sed etiam cu-
randi ac penitus remittendi. Itaq; curandum
ut sincèrè cum illis, tanquam Dei vicarii sa-
gamus, ostendentes eis omne in animæ lepta,
id est omne peccatum; (nul) lum omnino data
opera omittiō vel cœlando) alioqui & à nul-
lo peccato prorsus absoluetur; & nouum in-
super sacrilegii peccatum committent.

5. In via mundatis sunt: quia sapientia
est internæ contritionis ac dispiacentia vis co-
ram, ut illius virtute homo ad gratiam iustifi-
cantein, & peccati inundationem pertingat;
quamvis tamen eadem peccata Ecclesiæ clau-
bus, semel minimum subiice re teneatur.

6. Ex his 1. ita sanatis, vnicus tantum gra-
tus fuit, ad Christum redeundo; vnde audire
meruit; *Fides tua te saluum fecit, non tan-*
*tum à lepra corporis (à qua iam cum aliis
mundatus erat) sed etiā à lepra animæ, quam*
alii maiorem incurretant ex ingratitudine.

7. *Hic erat alienigena, non Iudeus, vt
scias, DEVM nulli gratiam negare, modo se
eius voluntati accommodet;* vt hunc fecisse
videmus, exemplum dedit eius, quod nobis
post confessionem agendum est. ME-